Leg. 4. N. 18 S. I 113-9

Noverint universi &c. cum non est diu nos Sancius dei gratia Rex Maioricarum comes
Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispessulani dederimus et concesserimus in
feudum nobili viro Guillermo de Caneto senescallo nostro dilecto merum et mixtum
imperium et omnimodam altam jurisdictionem merum et mixtum pertineant castri de
Sancta maria de mari in Rossilione nobilis supradicti cum carta sigillata sigillo
nostro cereo inpendenti et ab eo tempore citra fecerimus bullam nostram qua bullantur
perpetua justitia que per nos conceduntur ideo dictus nobilis nobis humiliter
supplicavit ut dictam cartam et contenta in ea confirmare dignaremur sub
bulla nostra Cuius quidem carte tenor est qui sequitur Quoniam dante primo
principum magnificentia esse debent cum sint subditis in exemplum et priorum
remuneratio inferiorum nedum ad benefaciendum invitat ceteros sed com
pellat Idcirco nos Sancius dei gratia Rex maioricarum comes Rossilionis et
Ceritanie et dominus montispessulani recogitantes et sepius in animo re
volventes utilia et grata servitia nobis et domui nostre regie totique rei publi
ce regni et terrarum nostrarum per vos nobilem virum Guillermum de Caneto Senescallum
nostrum dilectum ac premeditantes qualiter continue circa vigili solicitudinis cura
ea que ad decorationem et exaltationem cedere possunt nostri et terrarum nostrarum
cultibus et honoribus Volentes de tantis serviciis vos remunerare in parte gratis
et ex certa scientia per nos et successores nostros quoscumque Damus et concedimus
vobis eidem nobili Guillermo de Caneto et vestris perpetuo in feudum ad consuetudinem
Barchinone totum merum et mixtum imperium et omnimodam altam jurisdictionem
ad merum et mixtum imperium pertinentem quod et quam habemus et habere debemus
in castro nostro de Sancta maria de mari in Rossilione et terminis eius Ita quod
ex munificentia infeudationis presentis vos et vestri habeatis et exerceatis
per vestros officiales et ministros exercere perpetuo faciatis in dicto castro
de Sancta maria de mari et eius terminis omnimodam jurisdictionem altam etiam ad
merum et mixtum imperium pertinentem in hominibus vestris quoscumque et aliis
etiam undecumque fuerint ibidem delinquentes hominibus nostris et nostrorum dum
taxat exceptis liceat tamen vobis et vestris dictos homines nostros et nostrorum
in dicto castro vel eius terminis delinquentes ibidem capere et mox ad curiam
vicarii nostri Rossilionis remittere puniendos Retinemus etiam nobis et nostris
quod si aliquis de dicto castro de Sancta maria de mari vel quibusvis alius in

GOBIERNO DE ARAGON

2

ipso castro vel eius terminos delinqueret contra personam nostram vel
nostrorum in offi[ci]alium vel domesticorum nostrorum que cognitio et punitio illius
ad nos et ad curiam nostram ~~vel nostrorum in officialium vel domesticorum~~ solum
pertineant non ad vestram. Et volumus et concedimus quod vos et vestri possitis in dicto
castro et eius terminis facere et tenere perpetuo in quacumque parte
maluerintis furchas erectas fusteas vel lapideas aut alias prout placue
rit vobis et illas diruere et in alio loco mutare erigere et plantare in
fra terminos ipsius castri pro libera voluntatis quando et quoties placu
erit vobis pro faciendis execucionibus in eis delinquentium predictorum
in dicto castro vel eius terminis et omnia alia facere et exercere que
ad altam jurisdictionem modo quolibet pertinere noscuntur. Mandamus igitur
locumtenenti nostro tenentibus vicariis bajulis judicibus procuratoribus et aliis
omnibus officialibus nostris presentibus et futuris quod dictas donationem et
infeudationem presentem meri et mixti imperii et totius alte juris
dictionis predicte et omnium pertinentium ad eandem ac omnia in hac
carta nostra contenta vobis dicto nobili Guillermo de Caneto et vestris ob
servent firmiter et irrevocabiliter faciant per suum perpetuo observari.
In quorum omnium testimonium et fidem presenti carte nostre jussimus
appendi sigillum. Et ego Guillermus de Caneto senescallus predictus
recipiens a vobis prenominato domino nostro domino Sancio dei
gratia rege Maioricarum illustrissimo donationem concessionem et infeuda
cionem presentem de eo et omnibus supradictis vobis eidem domino
nostro regi grates et gratias reffero prout possum cum sufficere nequeam
ad merita gratiarum. Et promitto vobis eidem domino nostro regi gratis
quod pro dicto feudo erimus ego et mei fideles et legales vassalli vobis
et vestris in omnibus prout fideles vassalli esse debent domino suo fig[...]
Juro vobis ad sancta dei evangelia manibus meis tacta. Et facio vobis
fide homagium ore et manibus comendatum juxta bonam consuetudinem
Barchinone. Et pro consimili recognitione juramento et homagio et
promissionibus vobis et vestris faciendis pro me et meis quorum in dicto

GOBIERNO DE ARAGON

feudo mutetur dominus vel vassallus et pro predictis etiam omnibus adimplen
dis atque servandis sincere obligo vobis et vestris de presenti me et meos et
dictum feudum cum omnibus melioramentis eiusdem Acta et laudata sunt
hec in camera regia castri regii civitatis Maioricarum die veneris post ves
peras intitulata quinto decimo kalendas Januarii Anno domini Millesimo tre
centesimo vicesimo primo Signum nostri Sancii dei gratia Regis
Maioricarum comitis Rossilionis et Ceritanie et domini montispessulani
qui hec predicta omnia laudamus atque firmamus Signum Guillermi
de Caneto predicti qui hec omnia predicta et singula laudo et firmo
Testes huius rei sunt venerabilis Berengarius maynardi canonicus narbon
ensis et Galcerandus ça costa archidiaconus urgelli Nicholaus de
Sancto Justo thesaurarius et Jacobus Scuderii notarius omnes consiliarii
prefati domini regis Ego Jacobus Scuderii notarius prefati domini nostri
Regis Maioricarum [illegible] et eius auctoritate publica per regna mandato
hec scribi feci meo publico et solito signo Nos Jacobus Sancius dei
gratia Rex Maioricarum audita supplicatione vestri dicti nobilis Guiller
mi de Caneto ducentes libenter ad expandi nostrum effectum donationem
concessione predictam meri et mixti imperii et totius altis jurisdictionis
castri vestri de Sancta maria de mari et cartam predictam eidem et omnia
et singula supradicta in ea contenta pro nobis et successoribus nostris quos
cumque vobis et vestris perpetuum ex certa sciencia confirmamus atque lau
damus et obtinere volumus et decernimus auctoritate nostra regia perpetua et inconv
cussam roboris firmitate In quorum omnium testimonium firmem pleniorem
et durabiliorem presenti carte huiusmodi nostre confirmationis bullam nostram
plumbeam apponi iussimus semper et est actum In camera consilii castri
regii civitatis maioricarum mensis februarii anno domini M° CCC°
Signum nostri Sancii dei gratia regis maioricarum qui predicta
confirmamus atque laudamus Testes huius rei sunt venerabilis Galce
randus ça costa archidiaconus Urgellensis nobiles Arnaldus Ferrandis domi
nus de Cunyolo venerabilis Berengarius maynardi canonicus narbon

cami [illegible] et Jacobus [illegible] omnes consiliarii prefati domini regis: p.s.

Copia huiusmodi instrumenti [illegible] duobus papiri foleis scripta fuit sumpta a quodam libro vulgo dicto Libre negre intitulato de [illegible] 6. infra archivum mei regii patrimonii comitatuum Rossilionis et Ceritanie ceterum dicto signo dicta provisione [illegible] inventa registrata et cum eodem de verbo ad verbum correcto et comprobata per me Joanne [illegible] de [illegible] auctoritate regia notarium publicum atque scriptorem mei dicti regii patrimonii [illegible] rogata aliena manu scripta [illegible] plena fides adhibeatur ego [illegible] notarius scribo signum subscribo et meum solitum artis notarie appono [illegible] in testimonium: p.s.

n.° 19.

Lig — 3 —
Lit — C —
N.° — 34 —
Camerte

Concession de feudo de Alayor [illegible] de S.ta Maria de la Mar [illegible] por el rey Don Sancho a Guillem de Cameri [illegible] de Mallorca 15 Kal. Jener. 1321 Nots. Jac. [illegible] Sander.

Aragon y Cat.a
n.° 446 —

Camel

2 12